

fratribus suis quasdam litteras recolende memorie illustris Iohannis olim regis Boemie genitoris nostri karissimi maiori ipsius sigillo sigillatas ac continencie infrascripte nostre celsitudini exhibuit nobisque humiliter supplicavit, ut easdem litteras et omnia contenta in ipsis innovare approbare et confirmare de innata nobis clemencia dignaremur, quarum tenor talis est: Nos Iohannes dei gratia Boemie rex et Lucemburgensis comes notum facimus tehore presencium universis, quod, quia iam dudum dilectis nobis Meynlinio, Wenczeslao, Nicolao et Ule ac eorum fratribus quondam Meynlini Roczeneri civis Pragensis filiis civibus nostris Pragensibus fuisset in duobus milibus trecentis et quinquaginta sexagenarum Pragensium denariorum rationabiliter obligati, in qua quidem summa pecunie ipsis fratribus ursutam urboram montis nostre Chutnis, que vulgariter rûcherz dicitur, ac urboram aurifodinarij nostrarum Eylow usque ad percepcionem dicte pecunie duximus obligandas, datum ipsis nostris litteris sub anno domini M^oCCC^oVIII XVIII die mensis septembris super eo, verum quia quidem fratres de dicta summa pecunie primo et principaliter iuxta eorum veram et debitam declarationem ab ipsorum patruo Nycolao quondam Roczaner cive nostro Pragensi loco ex parte nostri sexaginta quatuor sexagenas grossorum perceperunt, item a fidele nostro Petro de Rosinberch eo tempore, quo capitaneus regni nostri Boemie tunc exiterat, quingentas sexagenas grossorum perceperunt, item quingentas sexagenas grossorum, quas nos eisdem fratribus in Eylow deputavimus, similiter perceperunt, item loco et ex parte nostri Meynlinus senior frater predictus a predicto patruo suo Nycolao Roczanerio ducentas septuaginta marcas regales sustulit et percepit, item post hoc ipse Meinlinus de dicta ursuta urbora centum marcas regales sustulit et percepit, item iterum Meynlinus a prefato Petro de Rosinberch ducentas saxagenas grossorum iterum loco et ex parte nostri percepit, item iterum Meinlinus annis successuris ab urbora nostra Eylow centum saxagenas grossorum similiter sustulit et percepit remanentibus igitur sexingentis quadraginta sexagenis grossorum Pragensium denariorum cum XL grossis, in quibus ipsis fratribus profitemur et recognoscimus debitorie nos obligati. In qua quidem pecunia prefatam irsutam urboram seu ruchercz montis nostre Chutnis et censum macellorum civitatis nostre maioris Pragensis duximus nos obliganda sic videlicet, quod a date presencium statim de dicta ursuta urbora cum suis proventibus, sed de censu dictorum macellorum post tres annos, quibus Frenczlinus Iacobi fidelis noster pridem camerarius eundem censum et non per amplius in quibusdam